

## USUS E VERSU III.

- (1) Sarcasmi, convitia jocique acerbi grande sunt adversus charitatem Christianam peccatum. V, 5. & 8. Præc.
- (2) Perversa sunt mundanorum de piis judicia: 1. Corinth. IV, 5. Job. IV, 6. Act. 28, 4. Matth. 27, 43.
- (3) Nemini, nisi renitenti, salus præclusa est apud Deum: L. De Gratia ampliat.

## USUS E VERSU IV.

- (1) Defensio piorum est admiranda, insuperabilis, undiq; instar Scuti communiens, Satane nullibi invasionem temerè concedens: Job. I, 10. Pf. LXXXIV, 12. Gen. XV, 1.
- (2) In Deo gloriandum unice, Jer. IX, 24. 1. Cor. I, 31. 2. Cor. X, 17.
- (3) Erectio capitis, exbilaratio, promotio ad honores non nisi à Deo expectanda, exoranda.
- (4) Infimè depressi rursus extolli à Deo possunt mirificè; uti constat exemplò Davidis, Josephi, Danielis, &c.
- (5) Optimus vincientium honor restat illic: 1. Tim. I, 18. 2. Tim. IV, 7. 8. 1. Cor. IX, 24.

## USUS E VERSU V.

- (1) Precum utilitas & robur.
- (2) Dei exauditio infallibilis, utut non semper ad stoliditatis nostræ desiderium.
- (3) Mons Sanctus præsentiam Dei specialem gratiosamq; pollicetur cunctis, qui secundum præscriptum ordinem in nomine Messie, per propitiatorum designati, (Rom. III, 25.) debuit tempore lociq; preces suas fundunt: Pf. XXVII, 8. CXIX, 92. 119. Jes. XXVI, 16. Matth. VII, 7. Exod. XVII, 11.

## USUS E VERSU VI.

- (1) Somnus ingens Dei beneficium, ad restitendas vires &c.
- (2) Periclitantibus piis si concedatur tranquilla quies, proficiscitur illud haut dubiè à benigna Dei manu.
- (3) Dormitio, evigilationem habens comitem, mortem resurrectionemque Salvatoris nostri exhibet; monente Augustino l. 17. de Civ. Dei c. 18.

## PSALMI IV. DISPOSITIO.

## Mirificatio Sanctorum. Sacrificia Justitie.

**T**res Psalmi hujus partes communiter statuuntur, I. auxilii divini imploratio, vers. 2.

II. Reprehensio principum Israëliitarum rebellium v. 3. ad 7. quos per digressionem didascalicam ad resipiscentiam hortatur.

III. Conclusio ad institutam petitionem

- A (4) Sufsentatio Dei optimum in anxietate solatium: Psalm. XXVII, 1. LXXIII, 25. Rom. VIII, 31.
- (5) Obdormientes in Domino certò reviviscunt suo tempore: 1. Thess. IV, 13. seqq.

## USUS E VERSU VII.

- (1) Timor alius servilis, alius filialis: alius intuitu Dei, alius intuitu hominum, V. l. præc.
- (2) Aliud sunt primi timoris insultus, quibus vix carent pii etiam animosissimi; aliud timorie continuantia incrementa, post Spiritus luctam exclusa: Gal. V, 17. 22. 1. Joh. IV, 18.
- (3) Copia bellica, utut callidissimè castra metantes, copias tamen angelicas excludere nequeunt: 2. Reg. VI, 16. seqq.

## USUS E VERSU VIII.

- (1) Surgit Deus, postquam diu satis piorum constantiam, hostiumque incorrigibilitatem, connivendo probavit. Sunt Deo sue horæ & moræ.
- (2) Animosissimis etiam necessaria sunt preces subinde ingeminandæ; uti Davidis docet exemplum, ex collatione anteced.

- (3) Salvat Deus mirè, tempestivè, fortiter, multipliciter.

- (4) Deus fit Deus noster, non nisi per fidei vinculum, quæ ex Deo & nobis unam quasi vocem (וְיָרֵא) efficit.

- (5) Victoria omnis à Deo.

- (6) Hostes nostri suo tempore enervabuntur exemplariter: Ebr. X, 31. Post alapas piis inflictas (1. Reg. XXII, 24. Act. XXIII, 2. Matth. XXVI, 67.) experiuntur ipsimet alias longè exitiosiores.

## USUS E VERSU IX.

- (1) Salus vii autorem unicum habet Deum, ita gloria salutis non nisi ipsi unice referenda Pfal. LXXIV, 12. L. de gratitud.

- (2) Benedictio ecclesiæ felicitatem confert veram. Simus igitur in Domini populò per fidem ac confessionem veram, vivamusque tanquam viva corporis hujusce mystici membra.

## PSALMUS IV.

## EXPLICATIO VERSUS I.

למנצח præfecto vel magistro: est participium piel à rad. מצח quæ in piel tantum usitata, significat præesse, urgere, ut 1. Chron. XV, 21. Jehiel &c. in cytharis super octavâ למנצח ad moderandum vel urgendum; sic cap. XXIII, 4. למנצח ad urgendum opus domus Domini; item 2. Chr. XXXIV, 12. Efr. III, 8. 10. Hinc particip. sing. למנצח tantum in titulis Psalmorum quinquaginta quinque, & Habac. III, 18. pluralis verò habetur 2. Chron. II, 2. 17. XXXIV, 13. Sic itaq; & h. l. indicatur, Psalmum hunc Davidis traditum ab autore esse Præcentori seu præfecto Musico, (dem Capellmeister) ad præci-

C regrediens, collata DEI benevolentia cum impiorum felicitate: vers. 7. 8. 9. Non malè autem conjicitur, hunc Psalmum esse ejusdem argumenti cum priore, nimirum contra Absolomi persecutionem aulicosque rebelles: sic Moll. (ad vers. 9.) Kimchi, Muis &c.

nendum eundem publicè coram ecclesiâ; ut hac ratione sciamus, Psalmum hunc & similes, publici juris à Davide factos esse; adeoque non privatim tantum à Rege, sed & publicè coram ecclesiâ, eos cantari consuevisse. Sic Aben Esra dicit, quosdam exponere quod מנצח præfectus, הוא המפקד שהיה מנצח מוסיקים, sicut illi עבדו. anstai 2. Par. XXXIV, 12. Huc Drus. quæf. epl. XC. p. 168. qui dicit Menazzéach esse proprium architecturæ, idem ac ἐργασίας, monitor seu curator operis: inde ad musicam translatum designare archimusicum seu magistrum cantorum &c. למנצח itaque denotare, odam illam dandam magistro cantorum, qui curet